non contradictionis imo eamque pro rato et grato suscepturi sub vadio similis summae o.
ctuaginta florenorum pecuniae polonicae per contravenientem Nobilem Iwan Bandrowski aut
eius successores suprascripto Nobili Nastasiae Jaworska aut eius posteris seu
contradictionem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso pendenda ad
solvendumque succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad
solvendumque succumbens ac pro re aliqua praesenti ex praemissis non completa complendaque
praemissis citatus extunc memoratus reognoscens Nobilis Iwan Bandrowski aut eius suc-
cessores ad instantiam praefatae Nobilis Nastasiae Jaworska aut eius posterorum
Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex hinc recessu suprascripto quoad
respondendumque spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam perempto-
rio stare iuri parere vadia praetacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne
iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eun-
dem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque termi-
nos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum lega-
tione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad quietationes vel aliis
quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem, ultra
proximos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo, vel-
lationes appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis
simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione, ter-
ri bello conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subter-
fugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Idem Recognoscens Tutores Assignat.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobi-
lis Iwan Bandrowski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus iu-
risdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdicti-
oni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis
quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciens palam libere publice ac per ex-
pressum recognovit. Quia ipse mortalitatis suae conscius consultumque iri cupiens Nobili
Annae Bandrowska filiae suae Virgini Nobiles Petrum Bandrowski filiastrum suum

et Fedor

et Fedor Bandrowski filium suum in tutores eligit facit constituit et ordinat praesens
dans et concedens eisque tutoribus bona omnia morte sua derelinquenda gubernandi
regendi administrandi et ad meliorem frugem redigendi filiam praefatam ingenuis
et honestis moribus erudiendi atque in matrimonium elocandi omniaque munia tuto-
ribus de iure incumbentia ac servientia pro fide et integritate illorum peragendi omnia
in dispositione pro temporum et rerum necessitate retinendi. Hac sua personali
recognitione ad praemissa omnia mediante plenariam facultatem omnimodamque potestatem.

Winnicki et Szeptycki Roborant.

Comparentes personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premi-
sliensibus Generosi Theodorus Winnicki ab una et Petrus Szeptycki partibus
ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus iuribus iu-
risdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iu-
risdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus
bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam
libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet ipsorum seorsim suo pro
interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis
omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars
alteri ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant praesentibus intercisam
certam inter se recognoscendo ratione quarumcunque rerum et conditionum in eadem in-
tercisa contentarum de actu et data hic Premisliae die hodierna in actu contento
confectam manibus propriis eorumque recognoscentium subscriptam et sigillatam in omnibus
et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadio liga-
mentibusque et nexibus quibusvis universis eidem inscriptioni appositis tam in toto quam
in parte firmiter tenere et complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque inter-
cisae et omnibus illius contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatamque
intercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vicis-
sim in toto referendo sub vadio mille ducentorum florenorum pecuniae polonicae per par-
tem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem praemissorum omnium et
singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendumque succumbens.
Praeterea memoratae partes recognoscentes utraeque sibi mutuo et invicem una pars alteri